Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



se appliant eiusdem generis animantes
idq; faciunt cum desiderio & quada;
similitudine amoris humani. quanto
id magis in homine fit natura. qui
ipse se diligit & alterum aquirit. ca
ius animum ita cum suo miscat. ut
efficiat pene unum de duobus. Sed
pleriq; peruerse ne dicam impudenter
habere talem amicum uolunt. qualem
illi esse non possunt. queq; ipsi iam
non tribuunt amicis. hec ab his de
siderant. par est autem primum esse
ipsum uirum bonum tum alterum
similem sui querere. In talibus ea.
quam iamdudum tractauimus sta
bilitas amicitie confirmari potest cu;
homines benuolentia conuinci. pri
mum cupiditatibus his quibus ceteri
seruiunt imperabunt. Deinde equita
te atq; iustitia gaudebunt. Omniaq;
alter pro altero postulabit. nec quidq;
unq; nisi honestum et rectum alter pro

altero postulabit